Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sius. ut sumeret unusquisq; quod uellet. Vasthi quoq; regina fecit con
uiuium feminarum in palatio. ubi assuerus rex manere consueuerat. Iam
die septimo cum rex esset hilarior. et post nimiam potionem incaluisset me
ro. praecepit nauman et bizatha. et harmona. et bigatha. et abgatha et zetar
et charchas. septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant. ut introdu
cerent reginam uasthi coram rege. posito sup caput eius diademate. ut os
tenderet cunctis ppls et principibus illius pulchritudinem. Erat enim
pulchra ualde. Que tenuit. et ad regis imperium qd per eunuchos man
dauerat uenire contempsit. Vnde iratus rex et nimio furore succen
sus. interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant.
et illos faciebat cuncta consilio scientium legesque iura maiores. Erant
autem primi et primi charsena. et sethar. et admatha. et tharsis.
et mares. et marsena. et mamucha. septem duces persarum atq; medorum
qui uidebant faciem regis. et primi post eum residere soliti erant.
cui sententiae uasthy regina subiacerent. quae assueri regis impe
rium qd per eunuchos mandauerat facere noluisset. Respondit; ma
mucha audiente rege atq; principibus. Non solum regem lesit regina
uasthy. sed omnes principes et ppls qui sunt in cunctis prouinciis re
gis assueri. egredietur enim sermo reginae ad omnes mulieres. ut con
temnant uiros suos. et dicant. Rex assuerus iussit ut regina
uasthy introiret ad eum. et illa noluit. atq; hoc exemplo omnes prin
cipum coniuges persarum atq; medorum parui pendent imperia maritorum.
Vnde regis iusta est indignatio. et si tibi placet. egrediatur
edictum a facie tua. et scribatur iuxta legem persarum atq; medorum quam
praeterire illicitum est. ut nequaquam ultra uasthi ingrediatur ad re
gem. sed regnum illius alteri quae melior illa est accipiat. et hoc
in nomine qd latissimum est per uniuersas ruarum diuulgetur imperium.
et cunctae uxores tam maiores quam minores deferant maritis